

Band VI., Nr. 1665, Seite 68

Papst Urban IV. erklärt den Orden des Hl. Grabes in Jerusalem frei von jeder Verpflichtung zu Beköstigungen und Subsidien, welche ihm ohne spezielles Mandat des apostolischen Stuhles und ohne Erwähnung des Hl. Grabes und dieser Indulgenz zugemutet werden wollen.

Viterbo, 1262. Juni 22.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . . priori et fratribus Dominici Sepulcri Ierosolimitani, ordinis sancti Augustini, salutem et apostolicam benedictionem. Pro re delectabili et iocunda ducimus, ut, cum loca divino dicata cultui ex potestate nobis divinitus attributa multipliciter honorare possimus, sanctam Ierosolimitanam ecclesiam, de cuius regimine licet immeriti nos fuimus ad apostolice dignitatis fastigium evocati, cum locis sibi subditis attollamus munere gratie specialis. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus annuentes auctoritate vobis presencium indulgemus, quod vos seu priores aut rectores vel fratres prioratum, ecclesiarum, domorum et membrorum vestrorum, ad exhibicionem procuracionum vel cuiuslibet subsidii faciendam archiepiscopis vel episcopis aut quibuscumque ordinariis vel ecclesiarum prelatibus seu etiam legatis et nunciis apostolice sedis minime teneamini nec ad id compelli possitis sine speciali mandato sedis eiusdem, faciente plenam et expressam de Sepulcro Dominico et de indulgentia huiusmodi mentionem. Nos enim nichilominus suspensionis, interdicti et excommunicationis sententias, si quas in vos vel aliquem vestrum seu vestras ecclesias per quemcunque contra indulgentiam ipsam promulgari contigerit, exnunc decernimus irritas et inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

 Datum Viterbii, X. kalendas Iulii, pontificatus nostri anno primo.

—

Nach einem Vidimus von 1263, welches mit den Worten beginnt: *Wernherus maior prepositus, Adeluolcus decanus, Otto sancti Widonis prepositus et Diterus cellerarius, universis presencium inspectoribus salutem in auctore salutis. Tenore presencium publice profitemur et protestamur, quod nos literas domini Urbani pape stilo, filo integras, non abholitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, de verbo ad verbum vidimus et audivimus in hunc modum.* Es schließt mit den Worten: *In*

II

cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus literis sunt appensa. Anno domini M^o. CC^o. LXIII^o.

 Das Vidimus hat folgende Siegel bzw. Siegelreste anhängen: 1) An roten Seidenfäden das Siegel des Speyrer Dompropstes Wernher, das Siegelbild zeigt nur noch den Kopf des Siegelinhabers. 2) An roten und braunen Seidenfäden das Siegel des Speyrer Domdekans Adelvole, nur noch zur oberen Hälfte erhalten: die Mutter Gottes mit dem Christuskind, darunter ein Baldachin, von der Umschrift noch lesbar: . . AD . . . OL . . . S . . . ENSIS . . . 3) An braungelben Seidenfäden das Siegel des Propsts Otto von St. Guido in Speyer, c. 43,28 mm (III. A. 2. a.): Der stehende Propst, mit beiden Händen ein Buch vor die Brust haltend, von der Umschrift erhalten: . . TON WIDON . . . RDC . . . 4) Grüne Seidenfäden ohne erhaltenes Siegel.

 Ein weiteres Vidimus ist mit dem, durch den Esslinger Dekan Diemar ausgestellten Vidimus für die Urkunde Nr. 1648 (WUB, Bd. VI, S. 47) von 1262 Febr. 18 verbunden; es liest Z. 12 v. o.: *precibus et supplicationibus*, sodann *ut* statt *quod* und *vel in*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 480 U 6

Überlieferung und Textkritik:

Vidimus des Dekans Heinrich von Esslingen, s.d. HStA Stuttgart A 480 U 7: Vidimus des Dompropsts und Dekans des St. Guido-Stifts in Speyer von 1313. U 8: Vidimus des Propsts von Beutelsbach und Dekans von Esslingen von 1300 Juli 29. U 3: Vidimus des Dekans Dimar von Esslingen, verbunden mit der Urkunde von 1262 Februar 18 (1313 November 26).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Viterbo

Ortsindex:

Denkendorf Wohnplatz (319)
 Denkendorf, ES
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Speyer, SP
 Viterbo, Latium, Italien